

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

utrisque tamen locis singuli apostatae de monasterio erant. *Styrae* scilicet F. *Wolfgangus Lampel*, professus Garstensis, sed qui dudum de religione et ordine apostataverat matrimoniumque putativum contraxerat. Hic inquam parochi officio *Styrae* fungebatur. Hic *Lampel* secum *Styrae* adhuc alios quatuor collegas habebat, qui plerique insulsi praedicantes erant, olim *Wittenberga* huc adventantes. Quinque itaque in universum praedicabilia *Styrae* erant, de quibus partim in quid, partim in quale praedicabatur. Haec tamen quinque praedicabilia subsequens Rmus. abbas D. *Martinus* suo tempore ex hac logica Styrensi magno conatu et fervore religionis amovere tentavit effecitque, ut suo loco copiosius explicabitur.

Apud *Weyrenses* et *Gafenses* tum temporis alius apostata erat, nomine *Petrus Prenner*, qui iam ultra 40 annos in his duabus parochiis praefuerat et iam tertiam uxorem prioribus mortuis superinduxerat. In eodem Garstensi monasterio professus olim sacerdos fuit. Sub quibus duobus apostatis tam civitas *Styra* quam oppidum *Weyr* ad haeresim lutheranam declinavit, licet ipsi tam docti et eruditi non fuerint, ut populum subvertere potuerint; attamen per eorum conniventiam et incuriam homo inimicus zizania superseminavit. De quibus hoc loco haec incidenter dicta sint. Hoc autem malum tum temporis per totam ferme Austriam serpsit maiorque pars provinciae per meros apostatas perversa est.

Sabbato ante primam Dominicam Adventus catholici *Waidhofii* ad sua officia restituti sunt. Proinde statim altero die Dominica officium sive Rorate cantare incoeperunt ac per totum Adventum sic continuaverunt et in posterum in pace permanserunt. Omnes tamen complices huius rebellionis aliquamdiu *Viennae* quisque pro suis meritis in varia loca et vincula coniecti sunt. Aliqui ad duos, nonnulli ad tres, quidam ad quatuor menses, praecipui antesignani ultra annum ibidem detenti sunt et satis bene vexati. Qui tamen omnes et singuli successu temporis ex magna clementia Caesaris et Archiducis *Mathiae* domum ad suos dimissi sunt. Quibus nihil optatius contingere potuit. Qui domum redeuntes narrare poterant, quae et quanta propter suam excitatam rebellionem sustinuerunt.

(*Getreideausfuhr aus Polen nach Italien.*)

Mense Aprili *Viennae* coram aliquot provincialibus in domo *Papenheimii* R. D. P. *Georgius Scherer* S. J. presb. et theologus cum quodam *Paulo Florenio* Saxone, qui se Doctorem iactitabat et iam dudum a societate apostataverat, hinc inde in Ungaria et Transylvania divagatus fuerat et primitivam ecclesiam quaesierat, publice disputavit hominemque coram omnibus mirum in modum confudit. Ex hac disputatione D. *de Haimb* ita commotus fuit, ut brevi ad catholicam ecclesiam ultro accesserit. Hic *Florenius* dudum *Viennae* in societate fuerat, in qua singularis semper extitit fuitque mirae elationis, praesertim de dono linguae hebraicae et syriacae sese plurimum iactavit, cum tamen nihil minus de illa sciverit, unde quodam tempore pro experimento D. P. *Scherer* haec verba germanica hebraicis literis in chartula descripsit: Gigas gages hauss gehen parfus etc. eique in scheda legenti pro significatione obtulit. Hic homo vanus et elatus mirum illis affixit sensum dixitque linguam esse chaldaicam. Quod cum D. P. *Scherer* cognovit, publice eum de vanitate sua confudit scripturamque

Kath. Reformation in Waidhofen.

Disputation in Wien.